



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Errorem negantiu[m] ueritatem corporis & sanguinis dominici in
eucharistia: priscis temporibus, a diuersis, & praesertim a Bere[n]gario
fuisse suscitatum. Cap. I.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

IVDOCI CLICHTOVI NEO-
portuensis, doctoris theologi Parisiensis, de sacra-
mento eucharistiae opusculum: in duos dissectum
libros. Quorum prior multifariam ostendit: sub
speciebus panis & vini eucharistia, uerum Chri-
sti corpus & sanguinem secundum substantiam,
contineri.

¶ Errorem negantium ueritatem corporis
& sanguinis dominici in eucharistia: priscis
temporibus, a diuersis, & praesertim a Beren-
gario, fuisse suscitatum. Cap. I.



Nter eos qui detestabilis alicuius
haereseos primi sunt authores, &
illos qui extinctae prius & sopitae
doctrinae haereticae sunt renouato-
res atque suscitatores: paruū admo-
dū discrimen esse, sentiūt uiri sa-
pientes. hosque haud multo minus
noxios esse salutī animarum, quam illos: recte ar-
bitrantur. Siquidem ut primi prauorum dogma-
tum, fidem aut bonos mores contaminantium in-
ieiunatores, priora secula suo labefactarunt toxi-
co, atque a ueritate ad perniciosos errores seduxe-
runt: haud aliter qui damnatas iam olim haereseos
atque sepultas reuocarunt ab orco, rursusque
protulerunt in lucem: posteriora secula, pestifera
eorundem errorum tabe corruperunt, consimile-
que inuexerunt animis hominum perniciem.
Sunt igitur non minus hi quam illi: graue detrimentū
reipublicae Christianae inferētes, & propemodū æ-
que uituperandi. Perinde atque restinctū domus aut
urbis incendiū excitans, pene tantū infert illi ex-

A

DE SACRAMENTO

istum: sicut is qui primum clam subdidit faces te-
ctis. Et qui luem pestiferam aliquanto extinctā
tempore inducit rursus in urbem: æqualem illi
ingerit calamitatem, ac ille qui primus inducen-
dæ illius labis mortiferæ est author. Ex quo proti-
nus recto nectas consequio. Oecolāpadium & as-
seclas eius negantes veritatem corporis & sangui-
nis Christi in sacra eucharistia, eo ferme habendos
esse loco: atq; eos, q; primi fuerunt erroris illius ex-
ecrandi adinventores. quandoquidē damnatū sæ-
pius multis retro seculis reiectumq; dogma illud
improbū: hac nostra ætate supas reuocarunt in
2 auras. ¶ Enimvero huius prauæ assertionis ori-
go reducitur a probatissimis scriptoribus in illos
Christi discipulos: q; audientes uerba uitæ, promit-
tentia manducantibus carnē filij hominis uitā æ-
ternā, & interminātia internæ uitæ priuationē ijs
q; huiusmodi cibū sumere detrectarent carnaliter
& crasso ingenio uerba illa intelligentes, dixerunt
Durus est hic sermo: & quis potest audire? Abie-
runtq; retro: & discipulatu magistri cœlestis sese
subdixerunt. Cōfirmatur aut illd̄ eorū dictū, per
sententiā beati Augustini in expositione psalmi
quingagesimi quarti: quæ adducitur in uolumine
decretorū, de consecra. distin. secunda, cap: prima
quædam. in hanc formā. Prima quædam (inquit) hare-
sis in discipulis Christi: uelut a duritia eius sermo-
nis facta est. Cū enim diceret. Nisi quis māduca-
uerit carnē meam, & biberit sanguinē meū: nō ha-
bebit uitam eternam. Illi uero non intelligētes: di-
xerunt. Durus est hic sermo: quis eum pōt mādu-
care? Dicētes, durus est hic sermo. separauerūt se
3 ab illo: & remansit cum duodecim discipulis. hæc
ibi: & reliqua, continuo sequētia. ¶ Subsecuti sunt

Ioan. 6

Augusti :

EVCHARISTIAE. I. 2

aut eos diuersis temporibus & uarij: eodem con-
taminati errore. Inter quos: ceteris omnibus apti
us hanc haresim instaurauit diutiusq; asseruit Be-
regarius. Andegauensis archidiaconus: Qui circa
annu domini millesimum et quinquagesimu, sub
Leone nono, summo pon. in concilio Vercellensi
eam ob rem damnatus est, ut etiã meminit Plati-
na: in uita prædicti Leonis. Deinde sub Victore
secundo, proximo apostolicæ sedis moderatore,
congregato concilio Turonensi: p. Hildebrandum,
Romanu archidiaconu) qui postea in summo pō-
tificatu. Gregorius septimus est appellatus) in ea
synodo lagatum apostolicu, & uices agentē Vi-
ctoris, ipse Berengarius cōuictus: eã haresim co-
rã illius sacri cōfessus patribus abiurauit: panem
que & uinu in sacrificio domini, nō umbratiler
& figurate, sed uere Christi carnē & sanguinē fie-
ri cōfessus est: & ad eã fidē in posterũ tenendã, iu-
ramento se obstrinxit. Postea tamen suggerente
patre mendacij, in eundē errorē relapsus est, & a
Nicolao secundo, duobus intermedijs summis pō-
tificibus (utpote Stephano nono, & Benedicto
decimo) prædicto Victori in moderatione eccle-
siæ catholicæ succedente: ad concilium Romæ ha-
bitum uocatus rationibusq; & autoritatibus in
ipsum adductis uictus: resipuit ab erronea illa as-
sertione, reuocauitq; solenni confessione suum er-
ratum coram toto illius synodi cœtu. Quæ quidē
reuocatio, libro Decretorũ inseritur: de consecra-
distinc. secūda. cap. ego Berégarius. in hũc modũ
Ego Berégarius, indignus ecclesiæ sc̃ti Mauritiij
Andegauensis ecclesiæ diaconus, cognoscēs uerã,
catholicã & apostolicã fidē: anathematizo omnē
hãresim, præcipue eam de qua hactenus infama

Berenga-
rius.

Prior re-
uocatio
Berégarij

A ij

DE SACRAMENTO

tus sum. quæ astruere conatur, panē & uinū quæ
in altari ponuntur: post consecrationē solū modo
sacramentum, & nō uerū corpus & sanguinē do-
mini nostri Iesu Christi esse, & non posse sensua-
liter nisi in solo sacramēto: manibus sacerdotum
tractari uel frāgi, aut fideliū dētibus atteri. Et re-
liqua: cōtinuo cōtextu ad finē usq; capitis cōse-
quētia. Huius aut retractationis Berēgarianæ eti-
am memit Platina: in uita Nicolai secundi. ¶ De-
mū incitante rursus maligno spū reuersus ad uo-
mitū Berengario, imemorq; & præstiti iuramēti
& cōfessionis publicæ modo expressæ, prauū illū
dogma quod bis abiurauerat, non destitit dissemi-
nare p̄ ecclesias & diuersa loca. Propter quod a
Gregorio septimo (q̄ Nicolaū secundū uno dunta-
xat interstite summo pōtifice, ut pura Alexandro
secundo, in modērāda sede apostolica est subsecu-
tus) ad conciliū Rom. celebratū circa annū redēp-
tionis humanæ millesimū septuagesimū nonum
uocatus: condēnatur ob impietatem illā de sacra-
mento eucharistia, longo a se rēpore disseminatā.
Qui se grauer errasse corā frequenti illa synodo
confessus, rursū adiurauit antiquū errorem suum
ueniāque postulās, ex apostolica benignitate can-
dē promeruit, Iureiurādo præterea se obstrinxit,
se nunquā deinceps illud improbū dogma resuscī-
taturum, sub hac publicæ cōfessionis forma. Ego
Berengarius corde credo & ore cōfiteor, panē &
uinū quæ ponūtur in altari per mysterium sacræ
orationis & uerba nostri redēptoris, substācialiter
conuerti in uerā ac propriā & uiuificatricē carnē
& sanguinē domini nostri Iesu Christi. Et post cō-
secrationē esse uerum Christi corpus, quod natū

Posterior
Berenga-
rij retra-
ctatio

EVCHARISTIAE. I. 3

est de uirgine, & quod pro salute mūdi oblatū in
 crucē pepēdit, & quod sedet ad dexterā patris. Et
 uerum sanguinē domini nostri Iesu Christi: q̄ de
 latere eius fluxit, non tantū per signum & uirtutē
 sacramēti: sed etiā in proprietate naturæ & uerita
 te substātie. Sicut in hoc breui cōtinetur, et ego le
 go & uos intelligitis: sic credo, nec contra hanc fi
 dem ulterius docebo. Sic me deus adiuuet: &
 hæc sancta euangelia. Tunc summus pōtifex præ
 cepit Berengario, ex autoritate dei omnipotentis
 & sanctorum apostolorum Petri & Pauli: ut de
 corpore & sanguine domini nūquam ulterius cū
 aliquo disputare, uel aliquem docere præsumeret
 nisi causa reducendi ad hāc fidem eos, qui per eius
 doctrinam ab ea recesserant. Porro hæc postremo
 dicta: ex actis concilij Romæ celebrati sub Gre
 gorio septimo, ob hanc de eucharistia quæstionē
 deprompta sunt. Quinimmo quæcunq; hoc in lo
 co de Berengario sunt enarrata: diffusius comme
 morantur ab eximio patre, eruditione & religio
 nis candore, præstantissimo, Thoma Vualden, in
 capite quadragesimotertio sui luculenti operis de
 sacramentis. Vbi probatos citat illius temporis
 scriptores, Lanfrancum & Guimundum. Beren
 gario contemporaneos, & horum quæ modo ad
 ducta sunt enarratores. Qui etiā æditis præclaris
 opibus: improbæ illius asserfioni acriter & eru
 dite tūc restituerūt. ¶ Ecce p̄ septē summorū pō
 tificū tēpora. & pene per triginta annorū currieu
 lū, debacchatus est Berengarius in ecclesiā dei, hæc
 pestilēti sua hæresi de sacramento eucharistiæ. A q̄
 tñ, non sine mutatione dexteræ excelsi diuinorū
 adiutorio, post correctionē postremā integre pe
 dē reuocauit, salutaremq; peregit poenitentia in

Thomas
 Vualden,

Lanfran
 cus

5

A 3

DE SACRAMENTO

Roberrus
Gaguinus

paupes rebus suis subleuandos admodum propensus, & continentiae puritate spectabilis, ut laudabili exitu diem clausit extremum: & egregijs insignium uiroꝝ laudibus sit excellenter honoratus. Quoadmodum commemorat uenerabilis pater & egregius nostro tempore scriptor, Robertus Gaguinus, in opere suo compendiaro de gestis regum Francorum: in uita Henrici regis Franciae cuius tempore: Berengarius has contentionum turbas in ecclesia excitauerat. Vnde & ipse sibi conscius quod multos corruerat sermone pestiferae suae doctrinae, qui necdum reducti fuerant opera eius ad mentem saniorē: cum extremo decumbens morbo sentiret uicinam mortis horam in die festo Epiphaniae domini, haec dixisse fertur: alludens ad latinam eiusdem solennitatis denominationem. Hodie mihi apparebit dominus meus Iesus Christus: uel ad gloriam sicut spero, propter penitentiam meam, uel ad damnationem, sicut formido: propter aliorum corruptionem, quos ad uiam ueritatis reducere non potui. Ut refert honorandus pater & doctor eximius, Ioannes Gerson: in sermone secundo de coena domini, qui est de penitentia, circa eius finem. Utinam & illi qui nostra aetate sequuntur illum prius errantem: ipsius inducti exemplo, eundem sequantur & poenitentem, atque a suo errore plene resipiscant. ¶ Veruntamen non contendat hic quispiam: cum haereticis, ubi secundo aut tertio in abiuratum haeresim fuerint relapsi: indulgentius agendum esse & benignius, ut se ad penitentiam recipiantur sine inflictione poenae corporalis: quemadmodum de Berengario factitatum esse, superior recensuit narratio. Siquidem eo tempore necdum constituta creduntur fuisse sanctiones canonicae de puniendis extremo supplicio haereticis.

Ioan. Ger

EVCHARISTIAE I. 4

reticis: qui pertinaciter in suo persistunt errore, aut in illū semel abiuratū relabuntur. que tamē postea ad improbā illorū coercendā peruicaciā: recte & utiliter sunt decretæ. Illis igitur legibus, seuerē in hæreticos animaduertentibus, nunc standum est: neq; priuilegium remissionis & ueniæ, uni indultum: est ab alijs is consequentiam & communem legem trahendum. Neq; quēpiam moueant Oecolampadij uerba: quibus in suo opusculo (de quo in sequente capite diffusior erit sermo) erroris huius infandi approbatorio, Nicolao papæ imposturam factam ait: cum Berengarium abiuraret anathematizare piam, ut inquit, sententiam, & asserere impiam coegit. Qui etiam conciliū Vercellense, Turonense & Romanum (in quibus dānata est Berengarii sententia) indocta & improvida blaterat: Ephesinumq; conciliū, longe illis doctius fuisse asseuerat. in quo tamen eadē assertio etiā est cōfutata: ut postea ostendemus. Nam id hæreticorū propriū est, summos pontifices quī eorū dānarunt insaniam, floccipendere: & sacrosancta ecclesiæ cōcilia in euerسیونē improborū dogmatū ipsorū cōuocata, nihili facere. ut soli sapere credantur: & cæteros oēs, doctrinæ titulo præcellere. Est enim semper hæresi cōiuncta superbia: atq; in superiores inobedientia, & contemptus.

¶ Ioannem Viclesum, eandem hæresim circa eucharistiam, etiam resuscitasse: quam & Oecolampadius & sui affectatores, hac itidem tempestate renouare student. Ca. II.

DEinde circa annum ab aduentu domini in carnem, millesimum & quadringentesimum: Ioannes Viclefus multarum hæresum sator & propagator, hanc rursus